



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 76. Controversia inter Spirenses Episcopum, & Lutheranum hujus Urbis  
Senatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

ejusdem Urbis Episcopus, Wratislaviæ Sæc. XVIII. A. C. 1716.  
 post editam fidei Catholicæ professio-  
 nem Hedvigis Ducissa Wirtenbergica,  
 Petroburgi Maria Euphrosyna Marveona  
 Theodori Alexii Magni Moscoviæ Du-  
 cis relicta Vidua, & Natalia Alexio-  
 vana ejusdem Ducis Soror, Hedvigis  
 Eleonora Caroli Gustavi Sueciæ Regis  
 Vidua, Constantinopoli Valida Impe-  
 ratoris Achmetis Mater, Jacobus Dur-  
 mond Perthenis Dux, olim Scotiæ  
 Cancellarius, & Albertina Joannetta  
 Principis Salmensis uxor.

§. LXXVI.

*Controversia inter Spirenses Episco-  
 pum, & Lutheranum hujus  
 Urbis Senatam.*

Jam dudum Lutherani variis artibus Gottfrid. cont. Hist. Chron. l. 15. part. 5. Fabri Staats-Ranz. t. 28. & 30.  
 suam sectam in Spirensi Urbe pro-  
 pagare adlaborabant, omnique data  
 occasione Catholicos opprimebant, ac  
 demum consueto suo artificio, nescio quæ  
 religionum gravamina excogitantes,  
 & Evangelicorum, ut vocant, Corporis,  
 aliorumque Principum præsidia implo-  
 rantes, Catholicos violatæ pacis, per-  
 turbationum, oppressionum, & inju-  
 riarum incusabant, hac via saltem ali-  
 quam suæ Religionis extensionem ex-  
 torquentes. Quamprimum Henricus

D d 2

Ha-

Sæc. XVIII. Hartardus de Rholling in Spirensis  
A. C. 1716. Episcopum electus fuerat, mox Lutherani varias eidem molestias inferre ceptabant, ac primo quidem dirutam Ecclesiam ad S. Magnum contra pacta rufus erigere moliebantur: cum autem Episcopus eorum molitionibus obfisteret, questum ibant ad sectæ suæ Principum Legatos Ratisbonæ agentes, eisque tria scripta convitiis & mendaciis plena porrigebant. Hi igitur die prima Decembris anno hujus sæculi decimo tertio in Spirensis Senatus favorem literas admodum acerbis ad Cæsarem dedere, atque Episcopum accusarunt, quod in hostium finibus periculosos motus in Imperio excitaret. Eapropter Episcopus suam innocentiam vindicaturus, simulque a Cæsarea sua Majestate debitam satisfactionem obtenturus, edito scripto sparsas a Senatu calumnias, falsoque imputata Religionis gravamina confutavit: In hoc bello, cum Senatus a Corpore Evangelico peteret. I. Ut acerbæ Religionis oppressiones post Rastadiensem pacem illatæ tollerentur: Episcopus primo respondit, de illatis oppressionibus haud constare, sibi vero exploratum esse, quod summa hucusque patientia tolerare debuerit, Catholicos Spirenses contra Pacem Westphalicam cruci delisse

deliffime opprimi, vexari, & eliminari, Sæc. XVIII.  
 pauperrimam Viduam nomine Annam A. C. 1716.  
 Schwabin urbe expulsam fuisse, eo-  
 quod quatuor suos Filios in Lutherana  
 secta educare renuerit, Barbaram Schu-  
 schin aliosque Catholicos immodicis  
 exactionibus vexari, sique eas solvendo  
 impares sint, urbe violenter expelli,  
 & nihilominus Catholicos non *via facti*,  
 prout Senatus consuevit, sed *in foro*  
*competenti via juris* remedium quærere  
 maluisse.

II. Exposuit Senatus, quod Cle-  
 rus, eique adhærentes concessum Re-  
 ligionis Lutheranae exercitium inter-  
 turbarint: ad hoc Episcopus reposuit,  
 quod non Clerici, sed Lutherani cives  
 & Senatus jam a pluribus annis Ca-  
 tholicos *via facti* præcipue anno Christi  
 millesimo sexcentesimo quadagesimo  
 quinto exagitarint, Ecclesiasticos ad sua  
 tribunalia rapuerint, eos tamdiu captos,  
 donec farinae tributum solvissent, de-  
 tinuerint, armata manu ad tria immu-  
 nia fora excurrentes, ignem festivum  
 extinxerint, & Ecclesiasticos ab hac  
 violentia dehortantes gladiis impetie-  
 rint, eosque convitiis lacefferint,  
 captosque abstraxerint: Exprobrabat  
 insuper Episcopus Lutheranis, quod De-  
 cani & Canonicorum ædes, aliaque loca  
 a laica jurisdictione exempta armata

Sæc. XVII. manu invaserint, lustrarint, obfederint  
 A. C. 1716. & homines ibidem agentes verberibus  
 atque injuriis affecerint, urbis portas  
 Ecclesiasticis occluserint, ipsam Eccle-  
 siam, ejusque fores bipenibus & alicis  
 violenter effregerint, & Ecclesiasticum  
 inde extractum & pro suo arbitrio hinc  
 inde raptatum a militibus custodiri jusse-  
 rint, & contra pacta solemnissime ju-  
 rata Catholicos juribus suis spoliavit,  
 auctaque indies audacia ipsimet Epi-  
 scopo, ejusque domesticis & Clero pro-  
 caciter insultarint.

III. Cum Senatus ad *Evangelicorum*  
*Corpus* perscribere non erubuerit, quod  
 Catholici Lutheranis suas proles & no-  
 minatim Schweichheimeri civis Filiam  
 abduxerint, atque occultarint, hinc  
 Episcopus Lutheranos de mendacio &  
 calumnia postulabat ex jurato testimo-  
 nio, confessione & ejusdem Mariæ  
 Margarethæ Schweichheimerin depo-  
 sitione coram Notario Cæsareo die de-  
 cima tertia Februarii 1713. facta, de-  
 monstrans, quod præfata Virgo ab  
 ipsius Matre ad Dominum Consiliarium  
 Schweickard famulatum deducta, pro-  
 prio impulsu, nemine suadente ac co-  
 gente ad P. Reichardum sæpius iverit,  
 ut in fide Catholica probe instructa pa-  
 lam eam profiteri posset: ex man-  
 dato autem Senatus Decurio, & decem  
 mili-

milites præfente ipfo Epifcopo in præ-  
 fati Confiliarii ædes irruperint, atque  
 in ipfius domo velut infanæ furiaẽ tu-  
 multuantes, ipfum Confiliarium, ejus  
 Conjugem & domesticos per plures dies  
 tam arcte detinuerint, ut ipfum ab  
 omni hominum confortio tamdiu ex-  
 cluderent, donec præfatam Virginem  
 eis traderet, quocirca Epifcopalis Cu-  
 riaẽ Judex & ipfemet Confiliarius, cum  
 hos turbatores alia via ad faniora re-  
 ducere haud poffent, faltem aduerfus  
 hanc violentiam, læfumque Epifcopi  
 honorem proteftati effent: Ipfæ vero  
 Virgo in Teutonicorum domum profuga,  
 ut ab hac violenta inuafione eriperetur,  
 ab Epifcopo perenixe rogans  
 Rheinufum delata fuerit, fponde pro-  
 feffa, quod libentius in remotiffimas  
 orbis regiones fecedere vellet, quam  
 Spiram reverti, cum probe profpiceret,  
 fe tamdiu a Senatu captivam deten-  
 tum iri, donec rurfus ad Lutheranam  
 feftam reverteretur. Præterea Prædi-  
 cans Pollman Annam Ulmanin Vi-  
 duam crudeliter pugnis, minis & ver-  
 beribus & affiduis objurgationibus tam-  
 diu vexarit, donec quinque Filias fuas,  
 invitas licet, eidem in Lutheri fefta  
 inftituendas traderet.

IV. Senatus in fuo fcripto ad Ra-  
 tisbonenfes Legatos falfo & injuriofe

Dd 4

ex-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1716.

Sæc. XVIII  
A. C. 1716. exposuit, quod Catholici illos, quos  
ad suam fidem pellexerant, ex urbe  
transulerint, *sponsalia publice & sole-*  
*niter celebrata scandalosissimo exemplo dis-*  
*soluerint, & matrimonia cum Catho-*  
*licis celebrari procurarint.* Hæc men-  
dacia confutaturus Episcopus reperit,  
quod Anna Catharina Kleinin Hospitæ  
Filia, ad quam Senatus alludebat, sponte  
sua publice in Ecclesia fidem Catho-  
licam professa sit, nec a Catholicis ex  
urbe abducta fuerit, sed ipsamet ob con-  
tinuas vexationes sibi a Matre sua, Cal-  
viniano Prædicante, & a Consule Fu-  
chxo ejusque Coniuge illatas urbe ex-  
cesserit; & Heidelbergam reversa va-  
riis artibus & nominatim novarum res-  
tium pollicitatione ad sectam denno  
amplectendam sollicitata, ac demum  
a Matre. fratre & sorore gravibus in-  
juriis affecta, clausis foribus, ejusque  
vestibus sibi ablati a Catholice Ec-  
clesiæ accessu prohibita fuerit. Insuper  
etiam Anna Maria Traurin Venatoris  
conjug Episcopi opem implorare coacta  
sit, contra graves insidias Lutheræ-  
norum, qui sex ejus proles identidem  
promissis & sollicitationibus ad suam  
sectam perducere certabant. De ce-  
tero autem Episcopus exposuit, quod  
nunquam ejusmodi sponsalia dissolve-  
rit, & si quæ fuissent celebrata, ad  
sponsa

sponsi petitionem pro eorum valore  
 fuisset pronuntiatum. Sæc. XVIII.  
 A. C. 1716.

Quam injusta autem & falsa fuerit  
 Senatus criminatio de matrimoniis,  
 Episcopus ostendit ex depositione, co-  
 ram Joanne Flörchingen Notario Cæ-  
 sareo, & testibus facta a Joanne Geor-  
 gio Heyning cujusdam civis Spirensis  
 Filio, qui ad Catholicam fidem rever-  
 sus, cum Annam Gallerin religione Ca-  
 tholicam ducere vellet, ac propterea  
 fidem suam baptismalem petiturus Ro-  
 tham proficisceretur, inde reversus,  
 in porta S. Egidii a satellitibus per vim  
 comprehensus, ad primariam excubito-  
 rum stationem raptus est, ac postea a  
 militibus ad Prætoriam domum dedu-  
 ctus, ibidemque per integrum tri-  
 duum inedia affectus detinebatur, tan-  
 dem vero coram tribus iudicibus, quo-  
 rum unus faber ferrarius, alter Pistor,  
 & tertius Dulciarius erant, in jus vo-  
 cabatur, a quibus eidem intimatum,  
 quod si Catholicam fidem profiteri, &  
 Catholicam ducere vellet, a muni-  
 cipio exclusus, confestim urbe expel-  
 lendus esset: ejus quoque parentes illum  
 hæreditate sua privandum minitaban-  
 tur. Altera die rursus a satellitibus ad  
 Curiam deductus declarabat, quod a  
 fide vera deficere, & suam Sponsam  
 dimittere nollet, se tamen utpote mu-

D d 5

nici-

Sæc. XVIII. A. C. 1716. nicipis civis filium, a jure civitatis excludi haud posse crederet: cui tamen a Magistratu responsum, a Senatu conclusum esse, ut hanc fæminam dimitteret, & intra triduum urbe excederet, secus non nisi pane & aqua cibatus in carcerem detrudendus, ac tandem non sine infamia & ignominia ex urbe expellendus esset, si tamen hanc fæminam, etsi sponsalia cum ea contraxisset, dimittere, atque ad eam, quod illam nequidem nosset, dicere, & per annum vel semestre ab urbe abesse vellet, demum reversus, & civis filiam ducturus, civitatis jure potiri posset.

V. Querebantur Lutherani in suo libello, quod Catholici in Sectariorum Templis fenestras effregerint, & ad Ecclesiæ januam hæc verba inscripserint: *Hoc est idolorum templum*, & tamen Lutherani ab Imperiali Consilio severis mandatis onerati fuissent. Ad hæc objecit Episcopus, quod Lutherani quemdam Episcopi aurigam sub falso obtentu, quasi fenestras lapidibus confregisset, in carceres conjecissent, relictis ejus equis & curra ad Urbis portam, quem cum Aulicum spirense Consilium in libertatem assensu juberet, responderint, quod se ultro eum post octiduum dimittere decrevissent, quia vero ab Episcopali Consilio id

id fuisset petatum, ille adhuc per aliquot dies detinendus foret: Opposuit quoque Episcopus, in Catholicorum Ecclesiis quamplurimas, easque novas fenestras crebris lapidum ictibus diffractas fuisse, & Lutheranorum pueros in Catholicorum cæmeteriis lusisse, cacchinis, & inconditis clamoribus non raro Divina officia interrupisse, Sacerdotes in Ara celebrantes perturbasse, & pilarum lusu, & saxorum ictibus non modo fenestras fregisse, sed etiam in publico Ecclesiæ conventu in Concionatoris cathedram lapides projecisse: Demum in Catholicorum cæmeteriis studiose loculos fuisse apertos, & cætello illis impositos, quin tamen propterea Catholici gravamen Religionis movissent, aut questum venissent, quia ignotum erat, an hæc a Christianis vel Judæis fuissent attentata. Haud immerito autem Imperiale Consilium Lutheranorum petitionem *de exhibendo filiam injuste subductam rejecerit, & de refundendo expensas frivole cavissimas*, utpote falsis expositis innixam, e contrario autem Cæsar in suo mandato Senatui Spirensi acriter exprobravit, quod neoconversam hanc filiam contra conscientiam libertatem violenter ad sectam retrahere, ejusque Patrem carceris, expulsionis ex urbe & Ecclesia comminationi-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1716.

Sæc. XVIII. tionibus aliisque vexationibus, ni-  
 A. C. 1716. liam suam rursus a Catholica fide ab-  
 straheret, terrere attentarit; eidem vero  
 Senatui præceperit, ut hucusque con-  
 tra Schweichardum attentata irritaret,  
 & quemlibet in sua libertate Religio-  
 nis relinqueret, ac post sexaginta dies  
 in Imperiali iudicio compareret.

VI. Senatus in suo ad Ratisbonen-  
 ses Legatos libello insulse querebatur,  
 quod Clerici & Episcopales Ministri  
*approbante ac manutenente Domino Epi-*  
*scopto tam in criminalibus, realibus quam*  
*ratione contractuum forum sæculare decide-*  
*nare* satagant: Ad hæc vero reposuit  
 Episcopus, ex juratis pactis constare,  
 quod Magistratui nulla jurisdictio in  
 Clerum tam in personalibus quam rea-  
 libus competat, mendacii autem in-  
 cusavit Senatum, quia Ratisbonam  
 perscripsit, quod Catholici potissima &  
 pinguiora bona ad se rapiant, cum Im-  
 periale Consilium ipsi Senatui præce-  
 perit, ut contra Henricum Lihri Spi-  
 rensis Consistorii Consiliarium, cui Se-  
 natus per iniquam sententiam hortum  
 a se emptum vi abstulit, attentata re-  
 vocaret: hæc autem mandata Cæsarea  
 Senatus per commenta sub- & obrepti-  
 tie obtenta fuisse, petulanter asserat.

VII. Cum autem Senatus Catholi-  
 cis objecisset, quod in Urbis fundo nova  
 ædi-

ædificia erigant, vel immutent contra Sæc. XVIII.  
 statum anni normalis, & publicas vias A. C. 1716.  
 suis processibus, non sine cruento  
 tumultu turbent, eosque, qui Sena-  
 tus auctoritate talia eis inhi-  
 bent, captivos detineant, & si quos Catholicos  
 punire necesse sit, id ex fidei odio fieri  
 inclament, & potenter adjuvari petant.  
 Has cavillationes Episcopus solide con-  
 futabat, demonstrando, quod PP. Do-  
 minicani cæmeterii sui murum *in pri-*  
*sino fundo suo* erexerint, ad id coacti,  
 eoquod sæpius pueri A catholici variis  
 petulantis sacrum hunc locum viola-  
 verint, Ecclesiæ fenestras saxi impe-  
 tiverint, & mortuorum ossa profa-  
 naverint necnon in manifestum Cæ-  
 sarei mandati contemptum novem ca-  
 tellos in duobus loculis recens effossis  
 sepelierint, & lapide contexerint: Ex  
 eo autem, quod iidem Patres ja-  
 nuam, quæ Anno 1624. rotunda & al-  
 tior erat, nunc quadratam, minusque  
 altam confici curarint, Lutherani ri-  
 diculum Religionis gravamen fecerint, &  
 Senatus sabrum ferramentis januam fir-  
 maturum, per satellites a labore, inten-  
 tata carceris pœna evocarit, cunctis-  
 que operariis sub pœna amittendi juris  
 civitatis inhi-  
 buerit, ne his Patribus,  
 & Canonicis ad S. Quilonem operam  
 suam locarent. Hi enim Canonici Wei-  
 denber-

Sæc. XVIII denbergenses tectum super Crucem, ut  
 A. C. 1716 a pluvia & ventis præservaretur, po-  
 nere curabant, obstitit tamen Se-  
 natus, sub falso obtentu, quod adhuc  
 Crucem Sacellum erigere molirentur:  
 & Anno 1624, ejusmodi tectum non  
 fuisset erectum. Novum Religionis gra-  
 vamen? cum tamen Weidenbergensis  
 ager a civitatis jurisdictione non depen-  
 deat; nihilominus Senatus cæmentari-  
 os ex Palatinatu evocatos, veluti la-  
 trones, a Cruce ad Prætorium rapi  
 jusserit; contra quam violentiam tam Ca-  
 nonici quam Dominicani nequaquam  
 convitia & probra (uti Senatus falso  
 perscripserat) opposuerint, sed Impe-  
 rialis Consilii *Mandatum pœnale de non  
 impediendo ædificare, cassando & resti-  
 tuendo* S. C. Viennæ 5. Novembris  
 1714. Perperam vero Senatus tu-  
 multus a Lutheranis excitatos in Ca-  
 tholicos detorserit; Episcopus & Ca-  
 tholici nunquam viæ libertatem Luthe-  
 ranis per pacta & sententias adjudica-  
 tam violarint, Lutherani e contra-  
 rio, cum Catholici in Weidensi agro, qui  
 juxta præfata pacta privative ad Epi-  
 scopum pertinet, solemnem pro more  
 supplicationem in festo Ascensionis Do-  
 minicæ haberent, vi armata supplican-  
 tium more incedentes Catholicos ag-  
 gressi, in eos, eorumque vexilla & Cru-  
 ces

ces irruerint, arreptisque armis pilea & pallia pluribus abstulerint, tantumque terrorem & tumultum excitarint, ut Ecclesiastici & peregrinantes a laude Divina cessare & non sine manifesto vitæ periculo Rhenum trajicere coacti sint, ac puerorum & mulierum ejulatibus Urbs resonaret, quapropter Episcopales Ministri ad conservanda sui Principis jura ex hisce temerariis in flagranti deprehensos quosdam comprehenderint, quos tamen, licet Senatus mox eos liberari petierit, Episcopus, cum ad Imperiale Consilium rem detulisset, & tam atrox facinus ab eodem reprobari prospiceret, dimittere recusavit: luculentiore autem injustitia Senatus jactato talionis jure cives suos publico tympanorum pulsu ad arma concitarit, atque in omnes peregrinantes finita supplicatione in urbe adhuc morantes, licet Episcopales subditi essent, sedulo inquiri jussit, cujus etiam mandato Philippoburgensis civitatis Archigrammateus, & duo alii Episcopales subditi, etsi ex Magistratus consensu negotiorum causa in urbe innoxii morarentur, in publica platea sub atrocissimis verberum minis invasi, ad militum stationem raptarentur, & captivi detinerentur, quia vero horum unus in exemptam Vicarii domum confugisset, milites impetu in ædes

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

Sæc. XVIII. ædes factæ illas violenter aperuerint, quin tamen captos dimitterent, donec Cæsareo mandato illos relaxare compulsi fuissent, hisce violentiis sat inculenter suum Religionis odium testificantes.

VIII. Denique Senatus objectabat, quod contra Religiosas Pacificationes Episcopus jurisdictionem Diœcesanam aperte contra Cives Catholicos sibi arroget, & militarem executionem comminetur: Ad hæc reposuit Episcopus, nullam ejusmodi existere pacificationem, qua talis jurisdictio Episcopo foret interdicta, sed Catholicis liberum Religionis exercitium semper fuerit conservatum: hanc vero comminationem esse merum figmentum, e contrario autem Lutherani Catholicos in fidei odium tam acerbè vexare, ut eorum non pauci civitatis juri renuntiare cogentur, & Lutherani nullum Catholicum civem amplius recipiant, & receptos cum ceteris Catholicis inmane opprimant.

## §. LXXVII.

*Spirensis Civitas ab Episcopali militate occupata.*

*Fabri  
Staats-Ranz.  
t. 28. p. 108.*

Cum autem Spirenses Lutherani Cæsareis mandatis morem gerere detrectarent.